



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Initium Sapientiae & Finis: Timor Domini, & Amor Dei: Seu
de fuga peccati, deque dilectione summi boni**

Comitin, César Jean-Baptiste

Coloniae, 1709

§.8. Mentis cæcitas & pertinacia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50773)

liat. (Si charitatem non habuero , nihil mihi prodest. 1. Cor. 13.) O periculosum statum , cui medicina non prodest ! Antiochum recordare. *Orabat hic scelestus Dominum , à quo non esset misericordiam consecuturus. [2. Machab. 9.)*

§. 8. *Mentis cecitas & pertinacia.*

Denique ad cumulum ceterorum , exoritur ex hac destitutione tantâ [quod unum omnium gravissimum est] pertinax obfirmatâque in scelere voluntas , quam nulli inferi , nullæ minæ dimoveant. Offunditur consceleratissimæ menti horrida caligo : succedit immanis quidam ad omnia stupor. Exinde durum inaccessumque cor , & nullis cæli telis expugnabile. Ridentur omnia , calolum obducitur : gratiæ hinc diminuuntur ; indè scelera , pestes , hostes corroborantur. (Præcedentia peccata consequentium pœna. *Isid.*) Conclamatum est. Eò malum erumpit , ut neque pejor esse , neque fieri melior possit. Quid infelicius ? sed quid usitatus ? *quotidie nascitur Achab, (Ambrosius.) & Saul , & Pharao. quotidie clamas , ut iste , cras : & ingravatum est cor tuum , & computruerunt cicatrices tua à facie insipientia tua. Miser ! ecce , ecce* da-

dæmonem æquas malitiâ , superas pœnâ.
Theſaurizas enim tibi irâ in die ire. (Rom. 2.)

Summa Capitis primi.

En tibi, charissime Fili, octo rationes à
 tuis ipsius commodis haustas, quas sic com-
 plectere. 1. Voluptatis unam esse guttulam,
 momento brevior. 2. Eamque multo fel-
 le dilutam. 3. Emendam summâ corporis
 animique infamiâ. 4. Maximorum etiam
 bonorum jacturâ; honoris, innocentiae, ca-
 stitatis, gratiae divinae, ac sæpè humanae;
 quæ tantum illius umbra est. 5. Amitti cli-
 entelam bonorum geniorum, succedenti-
 bus in locum infestissimis furiis, quarum
 sit ipse mancipium. 6. Insuper conscientiae
 stimulis exercitum perenni saelo conflictari;
 corporis quoque florem deteri, firmitudi-
 nemque convelli. 7. Præterea exhæredem,
 atque à spiritualibus bonis exfortem, nihil
 cælo dignum præstare jam posse. 8. Denique
 obduratam mentem obrigescere malis, &
 quasi designatam ad perennes flammæ vi-
 ctimam, extremum exitum præstolari. Et
 hæc omnia ob momentum [Violabant me
 propter pugillum hordei, & fragmen panis.
Ezechiel. 13.] quod delectat. Expende,
 fili, expende; expende, inquam.

CA-